

Maisonis de Mayno Mediolanensis; Iurisconsulti: ducalis Senatoris: ac Legati pro inclytissimo Mediolanensi Principe: & sapientissimo eius patruo Duce Barri: Oratio habita apud Alexandrum sextum Pont. maximum.

Risorgere monumentis accepimus Sanctissime maxime P̄otifex: & uos clarissima mundi lumina: ploroscq; disertissimos forensium causas & patronos: non quidē fr̄quentibus comitiis: nō multo senatu: nec pleno foro: sed unius aliqdō excelsi uiri pr̄sentia cōmotos sic expalluisse: ut & attoniti & quasi elingues redderentur. Magnae apud Gr̄ecos auctoritatis Demosthenes: qui primas dicendi partes sine cōtrouersia obtinuit: Phocionē ciuem suum Atheniēsem nō tam eloquentia q̄ morum grauitate celebrem: ita ineruebat ac uenerabat: ut cum in Senatum oraturus accederet corā eo eloqui p̄imesceret: submissa ad amicos uoce: hic est nouacula seu gladius tonsorius uerbor̄ meor̄. Curio pater pro Seruī Neui magnā & graui causa Ciceroni respōsurus: eius pr̄sentia & auctoritate quasi Ticiniae uenenis: erexit sibi oēm dicendorum memoriam palā est attestatus. Lucius Crassus Romanā facundia disertissimus adeo Quintū Sceuolā forenum ueneratus est: ut cum ad petendum consulatum circum forū suplex ire cogeret nunq̄ adduci potuit: Ut id p̄nte Sceuola grauissimo & seuerissimo uiro faceret: Eum timorē non uestis senatoria aut candida toga: sed

sceuole prestantia Lucio inferebat. Idem Lucius Crassus paternam ulturus iniuriam cum apud Quintum maximum aduersus Gneum Carbonem causam acturus foret: sic eius presentia turbatus est ut totam causam oblitus peribeat. Gneus Sicinius pro Seruio Neuio apud pretorem Romanum uirum clarissimum dicturus; idem passus affirmat. Omitto quod Marcum Ciceronem in causa Miloniana illa tanta dicendi felicitas omnino destituit. Prætereo quod Demosthenes apud Philippum Macedonum Regem oratione habiturus sic expauit & animo cōmotus est ut paucis admodum uerbis expressis obmutuisse feraet. Quod Theophrastus Philosophus eloquentissimus apud Alexandrum Regem uerba facturus maxima uerecundia suffusus nihil effari potuerit. Quod si tales & tam summi oratores unius uiri presentia cōmoti defecerūt: nemini mirū uideri debet si mihi coram summo sacro & oīum antistite qui dei simul & hominis primū in terris locum tenet: corā excelsō pontificalis maiestatis trono: quo nulius in humanis neque sublīmior necq; excelsior reperit in splendidissima reuenerūdissimorum Cardinalium corona: in celebri tot præsulum confessu: & tot illustrium ac clarissimorum uirorum cōuentu: tantę rei nouitate & excellētia cōfuso: præcordia palpitant: caligant oculi: artus refrigescunt: gelidusq; coit formidine sanguis. Sed me nō parum recreat ac reficit: cum animaduerto quod eos maiorī clementiæ inniti decet: quos maiores dignitatū culmina altius extollunt. Natura hoc in brutis ostendit: ut quae catcris prestant man-

030030031

lucius Cras
d Quintū ma
am acturus fo
m causam obli
o Neuio apud
dicturus: idem
aceronē in cau
s omnino desti
hlyppum Ma
c expauit & ani
uerbis expressis
philosophus celo
m uerba facili
effari potueri
us uiri presentia
debet similitud
dei simul & ho
ex celo pontificis
mentis neq; sub
illima reverentia
tū tot presulum
s; uirorū cōuen
operecordia pal
t; gelidulq; coit
recteat ac reficit
etie inniti decet
extollunt. Natu
s p̄stant manu

suetiores reddantur. Apes iracundissime sunt & graues
in morsu aculeos relinquunt. Earum tñ Rex caret acu
leo. Præter nature legem ex saluatore nostro quem cle
mentissimū & super oēs mortales mitissimū scriptura
prædicat: clementiā discunt qui eius in terris uicem ge
runt: & qui iþius uestigia sectant. Nihil est ut Diuus
Gregorius inquit quod in pontificali ceruice splendidi
us fulgeat q̄ humilitas & clementia. Clementia dos est
prima Romanorum Pontificum: & nullos magis q̄ sum
mos præsules decet. Inde est q̄ quæcunq; xpianorum prin
cipium uota quibuscunq; uerbis emissa clementer et in
offensa aure excipiunt. Benigne admittunt quascunq;
salutantium & gratulatium uoces. Nec qua uerborum
pompa: aut quo orationis delectu: sed qua fide & qua
deuotione colantur attendunt. Non ex uerborū inopia
sed ex animi copia (ut par est) rem metiuntur. Nec ini
norem bonae voluntatis q̄ culti sermonis habent ra
tionem. Quāto autem grauior est sarcina qua premor:
quanto maiori negotiorum fasce urgeor: tanto maio
ris erit clementiæ mecum benignus agere.

Gratulaturi igitur patrum Beatissime tuæ maiestati;
tuæq; felicitati: imo non minus nobis ipsis q̄ tuæ am
plissimæ dignitatii: uel rectius communi uniuersæ chri
stianæ Reipublicæ saluti & debitum obedientiæ ac ca
nonicæ deuotiois officium absoluturi: p ueteri fidelij
instituto & prisca catholicoꝝ Principium consuetudine
tria breuiter excuemur. Aperiemus imprimitis q̄ bene
az

merita fuerit hæc tua cœlestis assumptio: imo q̄ necessaria: ex qua xpianorum oīum animi maximā spem cōce perunt ut læta prosperaq; oīa in tuo pontificatu speranda sint. In eaq; haud multo minorē electorū prudentiā q̄ electi meritum ostēdemus: Deinde quia modestiam tuam nouimus uirtutis actione cōtentam. Malle bene agere q̄ bene audire: & gloriā tuā potius factis q̄ ullius p̄diciōe conspicuā reddere: perstringemus aliqua de tuis laudibus ne si in eis diutius īmoremur: pudicas au res tuas offendam⁹ poti⁹ q̄ oblectemus. Postremo ubi Illustrissimi Mediolanēsum prīcipis & sapientissimi eius patrui Duci Barri: quoꝝ legatiōe fungimur: letiti am īmortalem: gaudium incredibile: et ueras gaudiū cau s significauerim⁹: extremum legatiōis nostrae munus perficiemus.

Si unq̄ antea Reuerēdissimi militantis ecclesiæ Cardinales diuīno spirītu afflati' puris mentibus ac recto iudicio electionis sancte misteriū absoluerūt: hac pfecto tempestate & sincerius q̄ unq̄ & candidius ac felic⁹ of ficio functi sunt. Te ex sacratissimo conclavi omnium sufragiis Pontificem maximū declararūt. Te dñci gr̄is uerum & optimū pastorem iudicarunt. Tibi ut leḡ timo Petri successorī hanc gloriosissimam summī apostolatus sedem contulerūt. Te idoneū decreuerunt qui tanti regiminiis molem sustineres: & totius catholice ecclesię gubernacula moderareris. Tu uero optima eoru de te opiniōe nulla ex parte inferior suis grauissimis iudiciis nō modo respondes: sed etiam uincis supas & ex

cedis. I
gemina
tant: q
testate
quet: r
delecta
gantib
undiq
tiatur:
Sit a
orabi
acutu
Sapi
ctrin
magi
entia
ens e
opore
dis pe
quæ a
Tare
nulla
giend
gia su
ne exp
sapiat
minus
habití

cedis . In Romano Pontifice duo praecipua requiri ex
geminarum clauium traditione sacri canones interprae-
tantur : quarum una p[ro]t[er]at[em] designat : altera sapientia . Po-
testatem ex fortitudine & magnanimitate constare li-
quet : ne timore aut formidine a recto pastoralis officii
delectat : sed impavidus & constans quibuscumque refra-
gantibus strenue fortiterque resistat . Circumfrementibus
undique tempestatibus non comoueat animo non concu-
tiatur : sed rectum in oia constatatemque uultum proferat .
Sit a recto immobilis : a iusto inuiolabilis : a decoro inex-
orabilis . Ex ore sedentis in trono procedat gladius bis
acutus sicuti Ioannes in Apocalipsi scriptum reliquit .
Sapientia uero igitur quae non solum litteris et sacra do-
ctrina constet : sed etiam longo reg[ulari] usu & experientia rerum
magistra . Verissime Africanus poeta opinatur est sapien-
tia usus & experientiae filia esse ppteraria quod ei qui sapi-
ens esse uelit : non libris solis neque disciplinis opus sit : sed
opportere eum uersari exerceri que in rebus communis noscen-
dis periclitadisque : & proinde sapere atque consulere ex his
quae acta & eueta & ipsa reg[ulari] pericula docuerint . Ennius
Tarentinus litterarum cognitionem mancham esse asserebat : si
nulla actio : nulla experientia : nulla rerum expetenda : fu-
giendarumque scientia sequatur . Plato uero diuinus in Gor-
gia suo monuit disciplinarum studium sine actione & si-
ne experientia soliuagum ac ieunum esse : nisi & ea quis
sapiat quae rerum pericula docet . In experti negotiorum
minus apti : minusque idonei gerendis magistratibus semper
habiti sunt . Vnde Cornelius Silla Marii consulis iuuen-

tam irridens: remigē inquit prius esse oportere q̄ ad gubernacula manus ad mouere. Solon Philosophus Atheniensis suadebat; ne antea Principatū aut Magistratum appeterent q̄ imperare aut magistratus gerere dīcissent. Qd si potestas fortitudine & animi robore consistit: si sapientia constat non solū litteris sed etiā multa experientia & longo rerum usu: exactissimū fuit iudicium huius sacrī cardinei Senatus in deligendo te summo Pōtifice qui & fortitudine preftas: & magna sapientia preditus es. Iam multis magnisq; periculis aperte declarasti q̄ sis inuicta constantis animi magnitudine & in fracto solidissimae mētis robore. Tu nec aduersis de terreri solitus: nec secundis efferri: inflexibili rectitudine: incorrupto iudicio: & integritate incommutabili idem persistis. In omni uitæ cursu aduersus quoscunq; fortuna imetus eadē frons & idē uultus pducat. Tibi illud Fabritii Romā cōsulī eulogium merito ascribī potest. Te difficiili⁹ a recto q̄ solē a suo cursu auerti posse. Nemo etiā litterar⁹ eruditione cū longo re⁹ usu te doctior. Nemo uaria & multipli⁹ multar⁹ rerum experientia prudenter. Nemo complurium negotior⁹ administratiōe cautior. Nemo longa & assidua diuersar⁹ gētiūm cōsuetudine in noscēdis ac librādīs hōib⁹ callidior. Nemo rerū antiquar⁹ ac nouar⁹ cognitiōe peritior. Nemo morum ueter⁹ ac nouor⁹ sciētia p̄stantior. Iā annis septē & triginta ad Cardinalat⁹ apicē electus: & paulo post in Vicecācellariūm assumptus: nō solum Romanæ curiæ mores ac ritus oēs pcalluisti; non solū eccliar⁹ ac ecclia

sticar⁹ pe
secretiora
negotia
antecessor
& decreta
ca sede i
centiā 8
gloose. N
pontifici
na religio
prēlati
cōmis
ci cōdi
Ponti
no Po
& abs
non e
stria;
debeat
dī ad
doti⁹
merer
tempo
Te un
diuini
empla
tuo ac
tis obs

sticarꝝ personarꝝ instituta causaſcꝝ didicisti: uerum etiā
secretiora quecꝝ populoꝝ nationū Principū: Regumqꝝ
negotia ptractasti. Romanorꝝ quinqꝝ Pontificū qui te
antecesserūt Calistī; Piī; Pauli; Sixti; & Innocentii uitæ
& decreta oīa corā & uiuo inspecō inspexisti. Pro ap̄li
ca sede uaria funct⁹ es legatiōe; p̄sertim Hispaniēsi. Pi-
centiā & Parthenopea non minus sapiēter & p̄spere q̄
glioſe. Non est q̄ ampli⁹ ex alio dīſcas quæ tuæ in hoc
pontificatu gubernādo ptes sint futuræ. Nostī qd xp̄ia
na religiō reqrat: quid fides: pietas: caritasqꝝ uelint: quid
prēlatorꝝ officium postulet: quid xp̄iani gregis tuę curę
cōmissi necessitas exigat. Nostī quæ Romano pontifi-
ci cōducāt: & quæ sint necessaria. Nostī quid Romanū
Pontificē deceat: qd ei liceat: quid expediat. Nostī roma-
no Pontifici plenā administrationis ptātem nō simp̄r
& absolute fuisse attributā: sed clave ratiōis & prudētię
non errāte P̄ius didicisti quib⁹ bonis artib⁹: qua indu-
ſtria: qua sollicitudie: quo studio pastorale officiū regi
debeat: q̄ ad illud aspirare p̄sumpseris. Instructus regē-
di administratiqꝝ peritia prius mērūsti ad summi sacer-
dotii gubernacula assummi: q̄ bene p̄meritus assum-
meris. Te ergo consule: te audi: tibi ausculta: tibi ob-
tempera. Non est in quo alterius consilio tibi opus sit.
Te unum tibi imitādum ppone quo nihil in humanis
diuinis reperies: & qui cæterorꝝ norma & uerum es ex
emplar. Nunq̄ aberrabis si a te ipso nusq̄ discesseris. Si
tuo acrī ingenio parueris: & tuo grauissimo iudicio fue-
ris obsecutus: nihil unq̄ decriit qd ulla in re in consum-

matissimo Pontifice exigat. Quod si beatas esse Resp.
Plato non minus uere q̄ elegāter monebat: si aut sapientes imperarēt: aut eaꝝ Principes sapiētiæ studio tenerentur. Beatissima es uniuersa xp̄iana Resp. quæ tam sapientissimi pastoris regimini credita es. Nec multominor uestra laus est sacratissimi Cardinales talē elegisse qui sapientia sciret & auctoritate posset tanti regimini habenas recte gubernare. Eum pmouistis qui gentium; principum; moris; consuetudinū; dignitatum; honorum cognitione & experientia admodum est eruditus; rectitudine uero equitate & iustitia inuiolabilis; animi fortitudine & constātia insuperabilis; ut liquido appareat in eo p̄tatis & sapiētiæ cōiunctione; ambarumq; clauiū reūtitudinē adesse. Quotiens autem sapientia & potentia in Romano Pontifice conspirat; ibi mirabiles effectus expectandi sunt; quales nunc xp̄iani oēs pr̄stolantur. Non potestis Reuerēdissimi Cardinales non optimi cēseri qui pastore uniuerso gregi xp̄iano optimū p̄spexistis. Proinde cū huiuscemodi sit quē elegistis ut non solum ab omnibꝫ eligi & ex omnibus meruerit; uerūtiā omnibꝫ anteponi & ab oībus debuerit. Immortales uobis & incredibiles gr̄e turmatim; cateruatimq; p̄ uniuersum xp̄ianum orbē & habent & agunt. Talem pontificio solio pr̄fecistis; quo duce; quo p̄tifice omnia leta; omnia fœlicia sunt sperāda. Omnes qui christiana professione cēsentur eo gubernāte; eo aurigāte in maximā tranquilitatis & prosperitatis spei sunt animis erecti. Grex dominicus tanti pastoris custodiaz traditus ad-

leta pascua
tifice qui al
cerpsit; oīn
um studia
rum profe
propensiū
bus prēsta
ad altas dī
dia sele er
efferrī &
Alexand
storalis f
Te xp̄us
parte sed
lucem g
re. Voca
operum
trem qu
cellentis
labrum
qui in d
xisti qua
in medi
cū ecclesi
qui in dī
in tempo
uentus si
reūrande

Ieta pascua deduci sperat. Sub tam consummato Pon-
tifice qui ab omnibus uirtutibꝫ summitates apicesq; de-
cerpsit: oīm doctrinarum & omnium ingenuarum arti-
um studia florebunt. Excitabuntur ingenia & scientia-
rum professores ad excolenda gymnasia præmiorū spe
propensiis accendentur. Qui doctrina & claris mori-
bus preſtabunt: uel ad sacra consilia aduocabuntur: uel
ad altas dignitates extollentur. Iam iam litterarum stu-
dia ſeſe erigere & ſub tanto uirtutum uexillifero altius
efferrī & in aurea retro ſecula reduci uidentur. Tu autē
Alexander ſexte Pontifex maxime ſuſcepisti culmē pa-
ſtoralis fastigii locum ſummi ſacerdotii: uicariatū xpī.
Te xp̄us non unī tantum ecclesię ſed uniuersis: non in
parte ſed in plenitudine preſeſſe uoluit. Dedit te deus in
luce in gentium ut ſis earum ſalus uſq; ad extremū ter-
re. Vocauit te deus in hunc excelsum locum ut lucernā
operum tuorum homines uiderent & glorificarent pa-
trem qui in celis eſt. Probitas & ſapientia tua gradu ex-
cellentissimo decorata eſt: & quaſi lucerna ſuper cande-
labrum in domo domini poſita: ut omnibus nō tātum
qui in domo ſunt: ſed qui in mundo ſunt eluceat. Reful-
xisti quaſi lucidissimum ſidus & quaſi ſtella matutina
in medio nebulę. Quaſi ſol rutilas in templo dei. De te
cū ecclēſia uere dicerē poſſum⁹: Ecce ſacerdos magnus
qui in diebus ſuīs placuit deo: & inuentus eſt iustus. &
in tempore iracundia factus eſt reconciliator: nec eſt in
uentus ſimilis ei qui conseruaret legem excelsi. Ideo iu-
reūrando fecit illum dominus crescere in plebē ſuam.

Fuit beatissime pater hæc tua cælestis assumptio Reip.
xpiæ non minus necessaria q̄ salutaris; si quis publi-
cas clades horrēdas xpianī generis calamitates; cōuulsa
orthodoxe religionis mēbra secū cōsideret si quis quan-
tum barbaræ nationes aduersus xpianos populos non
uno; sed innumeris locis inualuerint aiaaduertat. Eo tpe
diuina bonitas te ecclie pastorem dedit: quo christiana
Resp. bono rectore auriga perito & moderatore circu-
specto q̄ maxime indigebat. Arbitrabātur xpianī Prin-
cipes Maumethe Turchar. R̄cege ualidissimo uita fun-
cto Baïssetcm filium maiorē natu; qui paterno Imperio
successit desidiæ ac turpī ocio uacatur; & quasi Domiti-
anum alterz muscis captandis stiloq; præacuto cōfigen-
dī incubitur. Sed longe secus præter oīum opinione
successit; Nā pxima estate maximas copias ex hellespō
to traiecit. Ingente ac potētissimā Classem ad quācūq;
expeditionē instructā & expeditā habet. Maximo om-
nib9 timorū fuit cū incertum esset quid molliret: quor-
sum eius conat9 tēderet. Nō cōquiescet truculētissima
bellua xpianī sanguinis sitibūdanīsi eius impet9 repre-
mant̄ donec paterno exemplo succēsus: aliqua graui &
miserāda clade xpianos afficiat. Tu ergo Pontifex ma-
xime in pastorē ecclesiæ es assūptus ut gregi tibi cō-
misso bene cōsulas. Tuum est excubare & uigilias age-
re sup gregē; & ex alto troni tui solio speculari futuras
clades. Tui muneris est pcul arcere hāc īmanem feram
ab ouilī dñico: cōprimere hostiles barbaroz icursus: &
eoz sceuītā a xpianoz; ceruicib9 amouere. Tuag; parti

um est p̄ i
conatu int
stīnū decu
fūculter cō
positi xpia
se Princip
prudētia a
tanto neg
q̄ diuino
to discri
tatē tuā
tem? Qu
stitui: n
Quis ne
set. Cert
tes cōsp
secutus
nūc pot
equēdi
mīnēti
īnuales
crastina
dia alpe
aut paru
tus ex ec
q̄tum er
cipum de
scī nīmīu

um est p̄ instaurāda ecclīæ dignitate omni studio atq; conatu intēdere. Laborare p̄ uirib⁹ ut xpianí nois p̄stīnū decus & Impium tua opa restituat. Ista haud dif-
ficulter cōficies cū imortalī tui nois glīa: si ut est tui p̄-
positi xpianę paci q̄maxie cōsulueris. Dissidentes inter
se Príncipes ac ppl̄os auctoritate tua cōposueris: & tua
prudētia ad unitatē cōcordiamq; redegeris. Nō poterat
tanto negocio cōmodatior adhiberi. Tu nō tā humano
q̄ diuino cōsilio assump⁹ & uoles & scies et poteris tā-
to discriminī p̄uidere. Quid.n.nō credim⁹ posse sancti-
tatē tuā ab imortalī deo impetrare ad nrām īcolumita-
tem? Quid nō sperem⁹ uirtute & prudētia tua posse in-
stitui: magnitudie cōfici: cōstātia: uigilātiaq; obtineris?
Quis nō iussiōib⁹ tuis obsequat? quis Impia tua recu-
set. Certatim oēs cōtendēt ut q̄maxie dictis tuis audien-
tes cōspiciant. Est tibi a deo reg⁹ oīum tributa pt̄as. Af-
secutus es ut q̄tum antea p̄delle desiderabas: tātum &
nūc possis. Voluntati pt̄as accessit: & desiderio tuo ex-
equēdī facultas est associata. Occurēdum est in tpe im-
mīnēti pericolo. Restingendus est ignis prius q̄ magis
īnualescat. Adinouēda est in tēpore medela: nec est pro-
crastinandum quoad morbi uis īgraueſens sera reme-
dia aspernetur. Non est tātum periculum negligēdum
aut parui extimandū: propterea q̄ nūc barbaroz̄ cona-
tus ex eoz̄ sentētia nō successerint. Nostī scīssime pater
q̄tum erūmnaꝝ: q̄tum detrīmēti xpiana Resp. ex Prin-
cipium desidia: ex Pontificū negligētia sit perpetua. No-
sti nīmīum quaē cōmemorare nunc etiā animus hor-

reat. Sepenumero antecessorum tuorum cūfationē in
doluisti: incusaſti tarditatem: ignauiam & torporem es
detestat⁹. Maumethanī ſcitarum populi paruīſ primū
uirib⁹ uix breuem helleſpontī angulum astu & perſu-
dia potius q̄ uirtute bellica aut armis occupauere. De-
inde creuere uirib⁹ & iñdies non parum incrementi ſu-
is rebus attulerunt: dū Príncipes christiani inter ſe diſſi-
dentes aliorum funefas clades calamitatesq; negligūt
duin priuatis magis q̄ publicis cōmodis ſtudere credūt
Et ſuæ potius q̄ cōmuni christianæ utilitatī consulere
arbitrantur. Tandem eouſq; elati ſunt & tantis ſecunda-
ruim rerum incrementis intumuerūt: ut uniuersum pro-
pe terrarum orbem maxima trepidatione affecerūt. Sic
qui negligitur igne de magno cinis ſenſim uires tantas
reaffumit: quibus poſtea haud facile riefiſtitur. q̄ ſa-pe
ex paruīſ príncipiis dum res negligitur grauiſſima ma-
la proueniunt.

Diximus Sanctissime pontifex de tua felici neceſſa-
riaq; uocatione: non q̄tum pro rei dignitate & excellen-
tia dīci & potuiffet & debuiffet: ſed q̄tum temporis ra-
tio & breuitatis iñſtitutio p̄ſcripferūt. Iam uirtutum
tuarum p̄econia maiore uoto q̄ ingenio paucis attinga-
mus: quæ ſecundas orationis partes abſoluant. Hac
eſt Beatissime pater q̄ me p̄ſentia tua a dīcendo deter-
reat: Magis me p̄fpecta animi tui modeſtia: q̄ p̄ſen-
tia offendit. Magis me anxiū reddit q̄ eius non ſum
ingenii: quo poſſim merita uerbis adēquare: & diuinās
uirtutes q̄uo p̄econio celebrare. Nam & p̄ntis laudes

quæ par-
pientiſſ
malig-
quoq; e-
menda-
pr̄ſens-
guescer-
ſens ea-
mihi et
ge mai-
Quid
de ord
ad ho-
ricoru-
mínis
fectan-
haber-
betur-
lesius
tabun-
ſolitus
& non
rus. Pa-
ad res p-
bulum
& ſepte-
dūt. Re-

quæ parce & pudice & sine fallatia afferuntur: nec a sapientissimis increpantur. Et sicuti non improbare uitia maligni est: ita inuidi non approbare uitutem. Indignum quoque est non commendare & non admirari hominem commendatione & admiratione dignissimum: propterea quod præsens sit: & eius gloriam præsentia quasi faciet languescere. Veris laudibus præsentia conducit cum præsens eas uiva attestatione corroboret ac confirmet. Haec mihi etiam fedem assentationis nota obici potest: cum longe maiores sint uitutes tuæ quam mea sit futura predicatione. Quid igitur primum assumam? Quid auspicabor? Unde ordiar: an a patriæ & generis splendore: qui non nihil ad hominis felicitatem confert. Simonides poeta Lyricorum scriptor nobilem patriam in non mediocrē hominis beatitudinem dicens docuit: beate secundum perfectam rationem uituris imprimitis opus esse patriam habere gloriosam. Patriæ splendor non in postremis habetur: si se quis tanta patria dignum prestat. Thales miliesius uel ut quibusdam placuit Socrates sua patria latabundus tribus de rebus gloriari: & deo gratias agere solitus perhibetur. Quod homo esset: & non fera. Quod uir & non femina. Deinde quod Graecus esset: & non Barbarus. Patriæ gloria generosis animis calcar ad uitutem: ad res præclaras stimulum. & ad magna facinora incitabulum præbet. Patria tibi est Hispania: cuius orientale & septentrionale latus Pyrenei montes undequaque inclidunt. Relique partes usque ad Herculeas gades & Boreale

oceani protenduntur. Quæ in eo montium & occi-
ani maris ambitu includuntur quasi alterum orbem fa-
cientia ad Hispaniam spectant: cuius latitudo & longi-
tudo tam multa: tam ampla: & tam immensa est ut plus
habeat admirationis quam credulitatis. Interfluuntque plures
fluvii non solum nauigabiles: sed auriferi. Hispania nec
estibus obnoxia: nec frigoribus subiecta: media tempe-
stie confouetur. Ibi suaves Zephiri molles aures exsu-
scitant. Ibi elisi campi deliciarum & omnis amoenita-
tis pleni sunt: quos felices animas incolere Poeta decan-
tarunt. Terra opima ferax frugum: fructuum & omni-
um optimarum rerum fertilis: gregibus armentisque ha-
bundat. Hæc in omni uirtutum genere viros præstan-
tes parit: qui & animi & corporis dotibus excellunt.
Hec etiam Imperatorum & Romanorum pontificum
mater: Nervam Traianum: Hadrianum ac Theodosium
hispanos tres Romanos Imperatores tulit. Hæc eadem
apostolicè sedi Damasum: dehinc Ioannem. xx. deinde
Calistum tertium hispanos summos pastores dedit. No-
uissime te Alexandrum sextum prætulit: qui summi præ-
fulatus fascibus insignitus. Patriæ tuæ lōge plus splen-
doris referas quam ab ea acceperis. Natus es familia Borgia
heroica ueteræ & honorata: quæ illustres maiorum ac pro-
genitorum tuorum imagines præse ferat. Sed non ua-
cat stēmata generosissimæ familiae tuæ recensere. Mul-
ti præclaro ingenio prædicti in his cœlebrādis certabunt:
& accuratiore stilo prolixius immorabuntur. Prestant

et pluris
forinsec-
externa
solis ma-
monum
uirtutil
ruisti ac-
bī a pue-
te exci-
te: an d-
lis ita u-
ones
ad cui
lis po-
quæ a-
& ad i-
moda
diens
licitat-
tia: qu
percil-
nu &
ram q
mum
aplicar
corare

et plurim extimantur quae in te ipso sunt q̄ quae circa te
forinsecus uersantur. Hæc propria & ingenita sunt: illa
externa & aliena habentur. Minus quoq; decorum est
solis maiorum laudibus censeri: & illustribus auorum
monumentis umbratilem gloriam uenari. Creuisti tu
uirtutibus tuis: tuis meritis: tuis laboribus uiā tibi ape-
ruisti ad istud fastigium quo nunc es euectus. Talia ti-
bi a pueru fundamenta iecisti: quale edificiū in senectu
te excitandum conceperas. Nescio an natura præsagien-
te: an diuino consilio factum fit: ut quasi ab incunabi-
lis ita uitam tuam institueres: mores componeres: acti-
ones tuas formares: ut dignus reddereris tanto solio:
ad cuius regimē parari & ordinari uidebaris. V acasti il-
lis potissimum uirtutibus: illis disciplinis incubuisti:
quæ ad tātum munus obeundum necessariæ uidebātur
& ad reddendum te tanto sceptro dignum essent accō-
modatae. Per rectam artium bonarum seinitam progre-
diens: & per aureos uirtutum gradus ascendens ad fœ-
licitatis apicem es perductus. Accessit formæ elegan-
tia: quæ uirtuti suffragium addit: lata frons: regium su-
percilium: facies liberalis: & tota maiestatis plena: inge-
nuus & heroicus totius corporis decor: ut appareat natu-
ram quoq; formæ dignitatem indulxisse: que tibi pri-
mum multum gratiæ & ueneratiōis acquireret: & nunc
aplicam sedē hac tua diuina forma q̄si numinis uice de-
coraret. Post priā līrāx rudimenta deposita ptexta uirilē
bz

togam induisti. Petiisti Bononiam bonarum doctrina-
rum altricem pro assequendo ingenii cultu & sapientia
capescenda: ciuitatis fama allectus: & ob Hispanorum acha-
demiam ibi sita: quae collegiali sodalitate scholasticoque
conturbanio complures Hispanos in sola litterarum pa-
lestra nutrit. Vacasti Pontificie Imperatoriisque censure:
ut quae a Romanis pontificibus decreta: que a sacris co-
ciliis sancta essent: tu futurus Pontifex maximus non
ignorares. Raris concessum est: ut qui ingenii acumine
excellunt: tenacis memoriarum fecunditate latenter. Sed in
te adeo cumulate concurrunt ut quo magis praestes: an
acriori ingenio: an tenaciori memoria non sit facile iu-
dicare. Intra septennii metam peracto celebri studiorum
curso doctores insulas suscepisti: quoddam futurum fœ-
licitatis præludium. Interea Calistus auiculus tuus in
sumnum ecclesiae pastorem assumptus: te post aliquod
tempus in sacrum & glorioissimum Cardinalium or-
dinem cooptauit: cu[m] presentiret te dei iudicio ad maius
tribunal destinatum. Te in ecclesiae cardinem felici sy-
dere constituit: quem futurum totius ecclesiae summum
columen preuidebat. Collocauit te in solidam ecclesiae
columnam: qua postea altius supra motem domini ex-
celsum erat erigenda. Nec cuique admirabile uideri debet
a Calisto summo christi uicario de te prediuinatum: quod
de altero Hispano apud gentiles a fatidica nimpha an-
te ducentos annos pronunciatum. Galba de se uaticina-
tum uoluimus oriturum quandoque ex Hispania principem

dominut
tus & ui
operā re
ni unq i
affactus
ravuit. Fui
sed etiā n
ad te aditū
plícitus u
desta & fa
ueritate hi
dirēt. Seri
tanq Eur
Tua gra
nimerari
nigne ex
busq[ue] blā
neminē u
disse exis
tatē & m
mag nific
gula recē
nec tps le
contrahā
proposui
¶ Unclyt
mus cius

dominumq; rex. Per annos multos quibus Cardinalis
tus & vicecancellariatus officio functus es: nemo tuam
operā requisiuit: cui nō promptissimā exhiberes. Nemini
nī unq; iustum patrocinium denegasti. Nemo calamitate
affectus aut iniuria laceritus frustra tuā opem implo-
ravit. Fuit tibi familiare nō solum petetibus subuenire
sed etiā nō poterit ultero suppeditias ferre. Facile semp
ad te aditus patuerunt: nec maximis aliquid negotiis im-
plícitus unq; es de occupatiōe causatus. Cōsuetudo mo-
desta & familiaris: quā comitas nō sine seueritate: cū se-
ueritate hilaritas: cū grauitate benignitas: parī libra cō-
dirēt. Sermo liberalis & compositus: & adeo suauis ut
tanq; Euripidis a melle & sirenibus profluere uideatur.
Tua grauissima respōsa inter Catoniana apothegmata
numerari possunt. Quoscunq; te adeentes non solū be-
nigne excipiebas: uerum etiā suauibus uerbis familiarī
busq; blādīmētis demulcebas. Exéplo Titi Imperatoris
nemini unq; abs te tristē abire patiebaris: & diem perdi-
disse existimabas qua nihil cuiq; prestitis. Liberali-
tate & munificentia tuā: largitiōes splēdide: sumptusq;
mag nifici apte cumulateq; ostenderunt. Infinitū esset sin-
gula recēdere: quib; dīnumerādis non dicā exornandis
nec tps lege Pompeia prefixum sufficeret. Iā ergo uela
contrahā aut canā receptui: & qd postremo expedieđū
proposui confessim absoluiam.

Enclytissimus Mediolanēs Princeps & sapiētissi-
mus cius patruus Dux Barri: ut primum te ad ap̄licum

culmen eiuscum intellexerunt: conceperunt animis lætitiam inextimabilem: gaudium incredibile: uoluptatem incomparabilem. Gaudent non quicquam cæteri: sed quicquam rarum admodum sanctitatis tuæ deuotissimi. Nec quicquam dicunt uel cogitari potest: sed quicquam nec dici nec cogitari fas est. Si enim quisque gaudere merito debet (& debent oes) Illustrissimi Principes nostri qui obseruatia in apostolicam sedem: cultu & deuotione in sanctitate tuam nemini cedunt. In primis gaudent & exultant: & tanta lætitia afficiuntur: quam maximam humani sensus concipere possunt: cuius magnitudo humanam credulitatem & fidem exuperat. Nihil enim iucundius eis nunciarum: nihil gratius aut salubrius afferri poterat: quod te pontificale fastigium ascendisse: in quo neque probitatis: neque sapientiae: neque potestatis: neque eorum omnium quae in consummatissimo Pontifice exiguntur pars aliqua desiderari potest. Felix faustusque illuxit tuæ sublimatiois candidissimus dies: qui te pontificio solio inaugurauit: Et Principes nostros maximi uoti compotes reddidit. Sed cum mentis gaudia exprimere & causas explicare arduum sit: & animorum sensus oratione ad equare difficultatum habeatur: immitabor in hac parte Timatem Cithinum pictorem egregium qui in depingenda Ephigeniae imolatione: cum paternum merorem dignis celorum affectibus exprimere non posset: uellauit eius caput: & suo cuique animi reliquit extimandum. Existimarent excellentissimi Principes nostri non aliter melius

posse debi
ter efficac
sequiu p
cos desti
ne coniu
minoris
fratrem &
chionem
Francisc
militari
Sfortia
colauim
bus exc
legerum
trono
rum no
quecur
rium p
entia &
mus. T
patre: a
tri succ
caelestis
deuouet
tatib⁹
classes e
beros in

posse debitum gratulationis officium implere: nec alius
ter efficacius posse prius humiliis & deuotę obedientię ob-
sequiu præstare q̄ si ad hoc munus obeundū eos lega-
tos destinaret qui essent ducalis sanguinis necessitudi-
ne coniunctiores: hoc officium per seipso expedire nō
minoris fuisset discriūmīnis q̄ difficultatis. Illustrē itaq̄
fratrem & nepotē Hermetem Sfortiā uicecomitē Mar-
chionem strenuum: Præstantissimū Heroem Ioannem
Franciscum Sanseuerinatē Caiatię Comitē & inuictū
militariū copiarę prefectum: Insignē Comitē Franciscū
Sfortiā ducalē consanguineū: Magnificū pcerem Ni-
colaum Corrigiensem: nō min⁹ palladis q̄ Martis arti-
bus excultum: meq; apud eos minimū & indignum de-
legerūt. Venimus eorū legati tuę beatitudini & aplico
trono oēm ueneratiōis & reuerētię cultū præstituri. Eo
rum noīe & speciali mandato deuotissime impariūt
quęcunq; a xpianis Principibus erga summū dei uicariū
præstari cōuenit. Tuę sanctitatē perpetuā obedien-
tiā & sincera deuotionē cū humili reuerentia exhibe-
mus. Te summū sacerdotē: pontificē maximū: patrum
patrē: ac pastoꝝ pastore pfitemur. Te indubitatū Pe-
tri successorem: legitimū xpī uicariū: & clauigeraꝝ regni
cælestis attestamur. Tibi tuaq; ditiōi Princes nostri
deuouēt ac prædicāt quicquid opib⁹ ualēt: quicqd facul-
tatib⁹ pnt: quicqd uiribus pollēt. Fortunas oēs copias:
classes exercit⁹ uniuersū ducale impium & se ipsoꝝ ac li-
beros in quęcunq; rez euentū p̄mptissimo aīo & con-

stantissima fide exponūt & ante sanctitatis tuæ deoscu
latos pedes deponunt. His omnib⁹ tuo iure uetere: pro
tuo arbitrio dispone: non solum pro militatis ecclesiae di
gnitate: pro solii pontificalis amplitudine: ue*re* etiā pro
tuis priuatis & familiarib⁹ cōmodis. Quid non illi aut fa
cere proptius: aut libētius prestare & maiori cū deside
rio uel debent uel possunt: quia tibi & huic glōiosissime se
di sua oia dicare: qui uices in terris tenes omnipotentis
dei: a quo quicquid publice uel priuatim possidet prae
cario recognoscit. Vtere beatissime pater in quācunque ca
tholicā expeditiōne firmissimo uicecomitum exercitu.
Vtere Sfortianis uictričib⁹ copiis. Vtere ducalibus in
subriū siguis: quae quocunque se conferūt certā uictorā
spondet. Illustria Sfortianorum Principum facinora: cele
bres uictorias: parta totiens ex hostib⁹ trophea: non so
lum latiū: sed uiuuersus orbis & predicat & admirat. Pe
culiare illis & hereditariū est: se se acerrimos et assiduos
aplicae sedis defensores & indefessos propugnatores pre
stare. Excipe sanctissime pater & toto aio ac tota cari
tate cōplete: hos inlytissimos Principes sanctitati
tuæ obsequétissimos: quos semp nō minus re & ope quia
uerbis & orōne proptos: paratos: expeditosque inuenies:
nec minus memores quia gratos omni quo experieris.

¶ Acta Romæ Idibus Decembris. Anno
salutis dñicæ. M.cccc. lxxxii. Sedēte Ale
andro. vi. Pont. max. in cōsistorio publico.

Hain x 10.975